



1710,5^a 5

358.

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANVS
ADRIANVS BEIERVS, D.
PRÆLUSORIO
DE
BEGUINABUS
PROGRAMMATE
INAUGURALEM PRÆLECTIONEM
ad l. f. C. de Aleator.
CLARISSIMI ALCIVVS
JURIUM CANDIDATI
CRASTINI LUNÆ DIEI XIX. MAJI
HABENDAM INDICIT.

IENAE,
TYPIS WERTHERIANIS.

Joh. Willh. Sandt

FACULTATIS IURIDICAE
DECANVS
ADRIANVS BEERVS D.
PRAESORIO

DE
BEGUINABUS

PROGRAMMATE
IN ABOURKALEM PRAEFATIONEM

WILHELMUS DE BEERVS
CLARISSIMI ALCIVS
IURIS CANDIDATI

HABENDAM INDISSOLVIBILITER

IN ABOURKALEM



Quemens Papa Romanus,
 ejus nominis Quintus, in
c. 1. de Relig. dom. de qui-
 busdam mulieribus BE-
 GUINABLIS: vulgariter
 nuncupatis, relatum ait

sibi, quod nulli utcumque Regulæ alicujus
 probata facta professione, Habitum nihilo minus
 distinctum, qui Beguinalis dicatur, cum licentia
 prædicandi assumerint, atque opiniones circa
 fidei articulos & ecclesiastica Sacramenta con-
 trarias introducant. Atque esse tamen in Re-
 ligiosis, qui eas in statu hoc Beguinagii foveant;
 quin ad ipsummet suscipiendum inducant.
 Quod utrumque sub excommunicationis pœna
 vult ipse prohibitum, Statumque illarum ipsum
 censet abolendum. Idem post *in c. 1. de Hæret.*

a 2

Sectæ



Sectæ illius patriam, in Regno videlicet Alemannicæ surrexisse, asserit; datis insuper de sexu masculino Affeclis, quos BEGUARDOS nominat. Errorum articulos enumerat octo; repetita damnatione jubens: ne quis eos recipiat, probet, defendatve; quin hæreticæ pravitatis Inquisitores ad sui officii exercitium instigat.

Ubi ante omnia Nomen personarum intuentes, Appellativum deprehendimus, dum plurativo effertur numero, collective: ad sexum quod pertinet, Muliebre, dum genere ponitur foeminino: cum maxime vero sexu masculino BEGUARDIS illæ contradistinguuntur: formatione tamen casus dativi pluralis primæ declinationis irregulari, datoque Grammatici novo exemplo ad illa Filiabus, Natabus, Deabus. Gentem seu patriam hujus Sectæ nominet Alemanniam, quæ novas hasce procreaverit Amazonas. Cui obloqui videtur vocabulum peregrinum BEGUIN, quod Gallis vittam denotat puerilem ein Kinder-Häubgen/ qualem foeminæ nostræ aliquando exprimebant Eülgen: atque Beguiner, ac Embeguiner, est: vittam induere, quod Francus noster Häublen diceret: ut Gallis magis sectæ hujus origo fuerit ad

adscribenda; cui opinioni accedit, quod appellativum hoc nomen aliqui deducunt à BEGA, Pepini veteris filia, unde primitus Vestales illæ Baginæ nomen sumserint atque originem: velut habet mercator in Atlante Minore in quaternione *Tt. col. 11*. Habetque istud speciem exinde, quod Clemens Papa V. concilium istud Viennæ celebraverit in Gallia; atque adeo difficile fuerit: In faciem Gallis dicere hæresim. Ecquid insuper opus fuit in Germaniam ire, atque hæresim inde accerere, cujus tamen nullæ ibi vestigia: Est contra in Cumbria Anglorum St. BEES: *welcher Dhyt also von Bega / einer Irländischen Jungfrauen / soganz einsam allda gelebet / genennet worden.* ut habet Anonymus ille descriptionis Britanniaë autor, quem VVilh. Serlin MDCLXVI. in forma 12. edidit Francofurti.

Nisi tamen BEES deminutivum est vocabuli Begga: vel primitivum ipsum, quod sola pronunciatione molliori *Wees* / usurpanti animadvertentem in Megapoli, quo se mutuo compellebant matronæ Nobiles: unde adagium: *Eddel-Weest!* conventus foeminarum nobilium: In hisce autem provinciis pure efferimus *Baas* / vel *Baſe* / dum cognatam paternam

Distinguiamus à materna, quam *Muhme* efferi-
 mus: pari ratione, ac verbo *Bettern* agnatos
 masculos distinguiamus a cognatis, *Oheim*:
 qua denominatione Sacra *Cæsarea* Majestas
 Imperii Principes dignatur. Quin, ipsum *Be-*
guinarum nomen, passim in Germania inveneris;
 nominatim in Recessu Imperii *Treviso-*
Coloniensi MDXI. §. 30. fol. 92. ibi: *Desglei-*
chen soll es mit den Begeynen. seqq. pronun-
 ciatione credo Germaniæ superioris, (*Saxo enim*
ro' si convertit in *n*, *Begienen*.) efferent: veluti
Fridebornius, *Rerum Sterinensium Lib. II. p. 38.*
 scribit: *Das Begienen-Haus auf dem Ros-*
sen-Garten zu Stettyn ist vor Alters Schil-
lings-Convent genennet / und zu dem Ende
gestiftet / daß alte Jungfrauen zu Dienst
und Pflege der Kranken in der Stadt daren-
genommen werden sollten. Dixeris inde Seel-
Frauen / quales Imperialis urbs Rauff-Beuren
anno MD CIL. constituisse refert Knipschild.
Lib. III. cap. 27. fol. 854. a. post. med. quibus ali-
 cubi adjunctas legeris *Weslerin*: utrum a pri-
 ma illarum origine, atque ausu sacrorum sic
 dictas, haud definitio. Sunt tamen, si non ex-
 dem, ad fines tamen *barmherzige Schwestern*/
 quæ famulatio Ecclesiæ Sacerdotum, agroto-
 rum-

rumve se devoverunt ; quarum in Sacra Scriptura fit mentio, *Exod. XXXIIX. 8.* nec non *I. Sam. II. 22.* de quarum genere erat Hanna, laudata *Luc. II. 37.* quarumve meminit Paulus *I. Tim. V. 5.* Quarum originem in Germania quidam deducunt à S. Clara, quæ tempore Francisci vixerit, à quo modum vivendi præscriptum fuerit nacta ; eique ordini post nomen Sororum misericordium accreverit ; in honorem S. Elisabethæ, natæ Reginae Hungariæ, quæ Comiti Provinciali Thuringiæ in cunis argenteis fuit adducta : post obitum autem conjugis, bonis suis omnibus in usum pauperum dicatis, Marburgi in Hospitali vixerit, ægros curaverit, mortuis oculos clausit ; Cujus exemplum fœminæ plures imitatæ, in eum adcreverint numerum, ut fines in Belgium usque dilataverint, ac Leodii, Bruxellis, Lovanii, Gandavi, Antwerpiæ, Trajecti Mosæ & alibi Xenodochia extruxerint & Monasteria.

Dubitaveris igitur, ecquæ causæ rumoris tam sinistri, ad Clementem in Alemannos translatis, & quis exitus tantæ persecutionis fuerit? Privata nimirum autoritas, qua religiosum sumserant habitum, Statum nulla prævia professione ecclesiasticum persuadebant sibi ; quin actus sacros, prædicando

cando exercebant, opiniones vanas de perfectione vitæ jactabant; utcuque modum vivendi qualem qualem fuerint nactæ: quales errores plures illis imputat Clemens idem, *cap. 3. de Heret.* Quoniam autem Hæreticæ illæ opiniones vel non invaserunt omnes personas, vel temporis successu in melius transierunt; ideo; juxta vulgatum axioma: Cessante causâ cessat effectus, non Clemens modo V. *in d. cap. 3. versic.* Sane, *finali*, temperamentum annectit: verum Johannes Papa, ejus nominis XXII. *in c. un. de Relig. dom.* declarationem, quatenus vel ulterius prædictæ subjacere debeant censuræ, vel immunes esse, addit. Jam vero, prædictæ misericordes Sorores, consueta tria vota, castitatis, paupertatis & obedientiæ, tanquam requisita substantialia, subierunt: verum & circa vestitum atque cibum, & ministeria decumbentium ac defunctorum plura; cum primis vero circa puellarum educationem atque informationem, legendo, scribendo, precando, nendo, texendo, plura receperunt salutaria: Ut jure meritoque tolerandæ evenerint, eisque munus Scholæ puellaris commissum fuerit. Velut in hac ipsa civitate, Schola puellaris quondam die *Begin-Schule* / eique præfecta die

die Begin-Schulmeisterin floruit, ad meam usque aetatem: excrecente autem populositate, altera eidem, sed demto illo prædicato, fuit adjuncta: unde nomen istud sensim in desuetudinem abiit. Plura de his, qui desiderat, adiri poterit Besoldum, VVehnerum, quorum paginas describere opus non habui. Pergo ad negotium destinatum; in publicum producturus Clarissimum Jurium Candidatum

IOHANNEM VVILHELMVM SANDERVM,

qui privatis examinibus elapso jam anno fecit satis. Editus is fuit in hanc lucem Arnstadii Thuringorum, Serenissimorum Domus Schwarzburgicæ palatinæ: Patre JOHANNE CHRISTOPHORO SANDER, Cive ac mercatore ibidem: Matre ANNA CATHARINA HAUMANNIA, filia JOHANNIS HAUMANNI, Serenissimi Principis Vinariensis Præfecti in Capellendorff. Gymnasium frequentavit patrium, in eoque post reliquos M. JOHANNEM FRIDERICVM TREIBERVM, Rectorem meritissimum, nactus

B

Præ-

Præceptorem fidelissimum, cujus consilio post scholasticos impletos annos, quoniam, ut Academica excoleret studia, judicatus fuit dignus, Salanam hanc selegit sibi Magistram, ubi sceptrum Academica tenente beate nunc defuncto DN. D. BECHMANNO, Theologo, Numeris fuit insertus. Initium studiorum fecit in philosophicis, ac præ aliis Excellentissimi D. TREUNERI, Metaphysices tum Professoris famigeratissimi, Theologi nunc & Concionatoris in Imperiali civitate Augusta spectatissimi, se addixit, & adhæsit. Ad studium Juris progressus, in primis elementis, Viri Illustris, Excellentissimi Consultissimique DOMINI D. BRIESII, Consilii Saxo - Hesenacensis ac Professoris publici ordin. meritissimi ductum secutus: Excellentissimi deinde nec non Consultissimi DN. D. BRUCKNERI, Consilii Sax. & Pand. Prof. Publ. lectionibus ad Pandectas publicas sedulus interfuit. Omnem porro reverentiam atque gratitudinem debere se fatetur Illustri atque Excellentissimo DN. CHRISTIANO WILDVOGELIO, Consiliario Serenissimi Ducis Saxo - Hesenacensis intimo ac Professore publ. ord. famigeratissimo, pro totius

cur-

cursus juridici doctrina, & in Exercitiis disputa-
 toriis pluries concessis Respondentis & Oppo-
 nentis partibus. Nec minus extollit gratiam
 Magnifici ac Prænobilissimi DOMINI D.
 SLEVOGTII, Collegii nostri Senioris Vene-
 randi, qua circa instructionem Juris Cano-
 nici frui licuit sibi. Meas insuper lectiones,
 ne quid præteream, tam publicas ad Jus com-
 mune, quam privatas ad Jus feudale frequentavit.
 Disputatorio denique Collegio Nobilissimi &
 Consultissimi DOMINI D. STRUVII, quod
 ad Syntagma beati Domini sui Parentis habuit,
 membrum interfuit, suasque strenue peregit par-
 tes. Ac tum Collegio nostro nomen inter
 Candidatos scribendum professus: Examini-
 bus se subiecit, idoneumque præstitit, qui ad
 publica quoque admittatur specimina. Ne-
 gotiis tamen aliis ingruentibus cedere coactus,
 redux interpretationem sanctionis Justiniani in
l. f. C. de Aleatoribus, pro specimine publico
 anteriori sumsit sibi: quem ea propter crastini
 Lunæ diei hora antemeridiana decima DEO
 duce in cathedra sistam publica. Ut tamen
 solennis ejusmodi actus splendore celebretur

majori, Pro - Rectorem Academiæ Magnificum, Patres item conscriptos, nec non Doctores omnium Facultatum, generosos denique atque Nobilissimos Dominos Studiosos invitatos decenterve rogatos volo, velint negotiis suis tantillum detrahere, frequentesve adesse: quam gratiam quodve officium redhostire non desistam. P. P. Dominica Cantate die 18. Maji MDCCX.

L. S.

ULB Halle

003 330 850

3



St.







Farbkarte #13

B.I.G.

1710, 5^a 5

358.

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANVS
ADRIANVS BEIERVS, D.
PRÆLUSORIO *M*
DE
BEGUINABUS
PROGRAMMATE
INAUGURALEM PRÆLECTIONEM
ad l. f. C. de Aleator. *1/2*
CLARISSIMI ALCIVIVS
JURIUM CANDIDATI
CRASTINI LUNÆ DIEI XIX. MAJI
HABENDAM INDICIT.

IENÆ,
TYPIS WERTHERIANIS.

Joh. Walth. Sandt